

3267

C O D I C E S

3268

Anno MCCCCXIII. Datum et exhibitum in Congregatione Cleri in die S. Dorotheae. Oppositum Consilio facultatis theol. Studii Pragensis supra N. IV. et plenius editum a Cocblaeo Hist. Hussit. L. I. p. 32.

XXX. fol. 249. Brevis Notitia Concordatorum Bobem. anni 1485. quorum meminimus supra N. IX. data, ut videtur, Job. Fabro.

XXXI. fol. 250. Indiculus Parochiarum Dioecel. Pragenae, ut supra N. XIX. Sed hic plenior; additur enim: Villarum et propugnaculorum facit XXXIII. millia. CXX. Si decimus pro expeditione belli daretur homo, Summa facit CCC. millia. CXX. hominum. Reperta sunt haec superscripta in tabulis Regni Boemiae Anno domini 1534.

XXXII. fol. 252. Errores Waldensium Fratrum. Ut supra N. XXII.

XXXIII. fol. 254. Responsum dominorum sub una specie datum ad articulos eorum qui sub utraque specie sunt: datum Praeg secunda Junij Anno MDXXXVII. Incipit: Domini sub una specie uiderunt ea, que domini sub utraque pro concordia et unitate per certos articulos conceperunt &c. Petitur amicum Colloquium circa quosdam nondum satis excussos Articulos, et speciatim de uno totius Regni Episcopo. Exemplar duplex. Alterum Fabri manu limatum.

XXXIV. fol. 262. Aliud Eorundem prolixius Responsum ger-

manicum. Incipit absque titulo: Auf der Herrn vnder zwaier gestalt bedencken vnnd übergebne geschriff, am dreisigisten Maij, So uer der eingang dermassen sol verstanden werden &c. Videntur Status sub utraque petiisse, ut Status sub una mentem suam super Articulis non satis excussis scripto aperiant. Quod itaque hic fieri videmus.

XXXV. fol. 270. Basileensis Concilii Decretum de Modo Communicandi, jam supra N. XV. et XVII.

XXXVI. fol. 273. Articuli statuum Regni Bobemiae et Marchionatus Morauiensis partis fidei sub utraque specie, super quibus oranda est Auctoritas et confirmatio suae Regiae Maiestatis, ita ut et locum habeant apud Dominos status partis sub una, qui in ditione sua sacerdotes et plebem nostrae fidei sub utraque haberent. Sunt Excerpta mutila.

XXXVII. fol. 278. Summa Picardicarum Rerum tum in Bohemia, tum in Morauia. Ut supra N. XII. et XIV.

DCCCCLXVIII.

Codex chartaceus lat. bohem. 477 Sec. XV. Folior. 296. 4. non una manu exaratus, olimque pertinens ad Paulum de Slauikouicz, qui fuit Art. Baccal. Plebanus D. Aegidii, et Corrector Cleri Curiae Archiep. Pragens. plurima item ad Religionis in Bohemia negotium spectantia exhibet hoc ordine: I. Forma Inquisitionis Concilij

3269

SYNODICI.

3270

cilij Constantien. cum responsionibus. Non inuenio in Actis Concilii, neque apud Cochlaeum, quamvis legantur utrobique XXIII. Articuli a Patribus Concil. Constant. praescripti ad reducendos ab Hussitica haeresi Bohemos. Diversi ab iis sunt nostri XXII. qui incipiunt: Primo qui est infamatus de fautoria vel percipitur fauere Johanni Wicleff et Johanni bus hereticis condempnatis uel doctrine eorum in quacunque diocesi, ante omnia citetur et requiratur facere Iuramentum &c. Accedunt fol. 7. Collectanea pro Sermone In die nicolay Episcopi, in illud Eccl' 50. Simon Onie filius sacerdos magnus &c.

II. fol. 11. Sermo seu potius Expositio Cap. VI. Paulinae ad Epbes. quod legitur Dom. XXI. post Pentec. autore, nisi me omnia fallunt, Job. Husso e Custodia Constantiensi ad Pragenses suos missa; id enim et tractandi Methodus, et multa de primitiva Ecclesia, de Antichristo, de Hypocritis, de malis Sacerdotibus &c. et allusiones ad Catenam, et Tybicum fidelem ministrum suadent. Initium est: *De cetero fratres confortamini in Domino et in potencia uirtutum eius. Postquam ammonuit christianos quomodo uiuere debeant post conuersionem et qualis fidei debeant esse &c.* Ex isthoc initio verisimile est, *Hussum* totam exposuisse *Epistolam*, idque, quod restat in Codice, finem esse totius Expositionis. Procedit illa *51XIIII*. Insperfa nonnunquam vox est bohemica. Inter Spiritualia ne-

quitiae in coelestibus fol. 15. p. 2. censentur *multe misse, cantus nimij, apparatus et ornatus ecclesie. Antichristus fol. 17. p. 2. dicitur Daemonium meridianum, et hoc demonium est communissimum existens in papatu sicut hoc Concilium Constantiense ostendit. Paulo ante finem: quanta bona utilia salutaria audit Ciuitas pragen. et tamen semper commouet deum peccatis suis vitam nolentes in melius immutare, et propter hoc facit deus adberere linguam palato predicantium ne dicant eis misteria dei &c. Calci adscriptus est annus 1418. quo nempe Exemplum nostrum Tractatus hujus auctoris exaratum fuerit.*

III. fol. 26. p. 2. *De 8. Questionibus propositis discipulo. Potius a Discipulo. Circa Decimas versantur hae Quaestiones praeter Primam, quae sic inchoat: Amice preclare. ex scriptis uestris concipio. quod queritis pulchre et compendiose multas difficiles quaestiones. Quantum ad uerbum christi de gladio dictum petro. potest saluo meliori iudicio sic sane intelligi. quod omnis qui gladio materiali iniuste percutit, hoc est contra uoluntatem domini. gladio spirituali in diuino iudicio perimetur &c.* In Elencho Codici praefixo Autor dicitur *Wy*. Nec dubito Epistolam *Wicleffi* esse, licet in Catalogis a *Baleo* et *Tannero* textis non reppererim.

IV. fol. 28. *Incipit de necessitate futurorum. Inter damnatas cum Pragmae, tum Constantiae Propositiones Wicleffi numero 27. illa fuit: Omnia quae euenient,*
ab-

absolute necessario evenient. Hanc igitur quidam ejus Discipulus, ut dicitur, Rationibus XVIII. propugnandam hic sibi sumit. Ingressus est: Impugnante quodam ingenioso magistro propositionem eximij doctoris evangelici (ita inter Suos audiebat Wicleffus) quam in sua sancta senectute fideliter asseruit &c. Scriptum esse Pragense vix ambigo.

V. fol. 35. Sermo, ut ex Elencho transfero, in reuocatione fratris petri ordinis predicatorum cum revocatione eiusdem in ydiomate triplici. Thema Sermonis: *Filius meus mortuus est et reuixit, perierat et inventus est. F. hic Petrus de Vniczow Moraviae S. Theologiae Professor et ad D. Clementem Ecclesiastes Pragae, insurgens, ut ait Orator noster ἀνωμνος, in ipsam matrem suam almam scilicet nostram vniuersitatem, cui se cum toto ordine fratrum predicatorum, et specialiter fratrum eiusdem ordinis ad sanctum Clementem maioris Ciuitatis pragen. fraternaliter vniuit et hoc de anno Domini M^o. CCC^o. 84^o. die XXIII. mensis Aprilis, prout luce clarius id patet in matricula vniuersitatis nostre et in literis super hoc confectis, tam Pragae, quam Bononiae et Constantiae Hussitarum sententias et maxime Communionem sub Utraque impugnaverat, et εν παλιωδιαν cantanti festa hac Oratione adplauditur, quae finit: Epulari igitur oportebat et stolam proferre iucunditatis et gaudere quia filius alme nostre vniuersitatis mortuus erat et reuixit, perierat et in-*

uentus est. Excipit illam Petri Revocatio, primum quidem lingua bohemica: Toto gest odwołante wyznanie a osvědčowanie knieze petra doštora swatebo pisma kazatele z klasstera swatebo Clymenta kterez gest uczinil W praze po bozym Narozenie leta tyśczyebo cztrstebo a sedmnadcztebo &c. Dein latina: Revocatio Recognitionis et Protestationis fratris Petri Sacre theologie professoris Predicatoris Monasterii Sancti Clementis facta Prage Anno Domini M^o CCCCXVII^o. Sabbato ante dominicam Oculi in collegio Karoli &c. Prout impressa legitur Opp. Hussi edit. 1715. P. II. p. 540. ubi tamen altum tam de Oratione praeuia, quam de reliquis duabus Versionibus silentium. Demum germanica: Vor euch ersamen mannen vnd Herren vnd Maistern lerrern vnd Baccalarien, vnd studenten der Samenung Pregischer lere vnd vor allen andern Cristenleuten die bie gegenwortig sein, Ich pruder petr, von der Newn stadt prediger ordens &c. Quibus oculis Petri Sodales, ut ait Cochlaeus L. IV. p. 172. praeceteris inuisi Hufstis, hoc spectaculum viderint, ignoro. Vide et Cod. DCLXXXIV. N. 5.

VI. fol. 39. per Compactoris errorem mediis Revocationibus praecedentibus insertum Confilium Partis Hussiticae Rectore Johanne, cui Cardinalis cognomen fuit, nomine Academiae a. 1417. Pragae datum lingua bohemica. Initium: *Wšsem wobecz wiernym krzeštianom y kazdemu zwlasstie Jan*

Jan kardinal, mistr sedmera vrnjenye a wprawich baccalarz &c. Latine legitur apud Cochlaeum *faepe cit. L. IV. p. 159.* In Elencho praevio dicitur *Litera in wlgari ex parte uniuersitatis pragen. pro communiōne laycorum sub duplici specie.*

VII. fol. 47. *Hic sequuntur conclusiones doctorum de Constan- cien. concilio de communiōne sub utraque specie scilicet panis et uini cum scripturis pro conclusionibus illis et contra easdem.* Apologia est *Jacobelli de Miza* e Cod. Acad. *Lips.* publicata ab *Herm. Hardtio T. III. Actor. P. 18. col. 591.* cuius C. XI. seu ult. quod Decretum Concilii latum 15. Jun. 1415. cum *Jacobelli* Responso continet, in duos nobis dividitur Titulos. Prior siue ipsum Decretum inscribitur: *Condemnatio communiōnis sub utraque specie ad wlgus;* Alter seu Responsum: *Alia condemnatio a deo malorum hominum.* Quod monendum censui, ne Lector titulis fallatur.

VIII. fol. 66. *Sermo Hus ad Clerum super illud: Diliges dominum deum tuum.* Ita praevius *Elenchus.* Initium: *In omnibus me defuorsum reperiens contremisco &c.* *Habitus* anno 1405. extat *Opp. T. II. p. 39.*

IX. fol. 74. p. 2. *Istam literam Magister Johannes Hus mistr Archiepiscopo eo quod ex relatione quorundam ipsum neutralem esse dicentium sibi inbibuerat predicare. In qua ostendit quid sit de neutralitate intelligendum.* Non inuenio *Denis Codd. Theol. V. I. P. III.*

Epistolam hanc in Operibus edit. cit. Scripta videtur anno 1408. aut initio sequentis. Incipit: Subjectione humili et debita nunc et semper. Saluatoris exposcit doctrina ne pater in filij prorumpat infamiam nisi patris preceptum filius refutet et de eius contumacia lucide constet. Debuisse Archiepiscopum imitari potius exemplum Divitis et Villici in Evangelio, et non illico ipsum tam latino quam wlgari lingwagio scriptotenus filium sancte matris ecclesie inobedientem infamare. — Vnde scire debet paternitas vestra, quod nunquam fuit nec erit prout confido in domino intentionis mee a sancte matris ecclesie obedientia recedere sed iuxta preceptum Beati petri apostoli non solum Romano pontifici ac paternitati vestre mee intencionis est obedire sed omni humane creature subici propter deum &c. Et postquam subtiliter distinxisset inter obedientiam Papae debitam, et auxilium in contentione Antiparum ferendum, seque solum quoad secundum neutralem declarasset, subdit: *Rogo tamen humiliter propter deum ne paternitas vestra omnibus fidem adbibeat et mihi predicationis suspendat officium quia percepit literale testimonium, quod ab obedientia Romani pontificis Gregorii XII. non discessi, ymo die dominico proxime preterito publice in ambone predicavi quia non recessi a papa domino Gregorio Sed sancte Romane ecclesie et ipsi domino in omnibus uolentis obedire. Observa licitis, quod*

3275

CODICES

3276

bis in Epistola legitur, quae tamen animum nondum prorsus exasperatum prodit.

X. fol. 76. *Seneca de 4. virtutibus cardinalibus*. Ita Elenchus praevius, et ad calcem: *Explicit Tractatus Seneca de quatuor virtutibus Cardinalibus per Martinum de Byetow finitus in vigilia sancti Galli. Martini Ep. Braccarensis est, ut diximus ad Cod. C. XCIII. cujus Praefatio ab Exemplo praesenti abest.*

XI. fol. 80. *Wy. de demonio meridiano*. Ita Elenchus. Scriptum tamen ejusmodi inter *Wicleffiana* apud *Baleum* et *Tannerum* non reperio. Neque Tituli ratio adparet. Impugnantur Dominium civile et Possessiones Cleri, docenturque adversari Potentiae Dei Patris, Sapientiae Filii et Clementiae Spiritus S. Initium est: *Frons meretricis facta est populo ex scelere antiquato. Nec fuit in regno nostro dignitas ut dominus princeps Edwardus, qui trinitati fuit orthodoxe affectus. (qui?) fidem trinitatis in regno nostro defenderet &c. Finis: impedit caritatem in Anglia germinare. Tempus scriptionis post an. 1377. Edwardi III. emortualem.*

XII. fol. 82. p. 2. *Epistola missa episcopo Cantuarien*. Initium: *Venerabilis in christo pater et domine. Vester sacerdos pauper et humilis sub spe patroni (paterni?) auxilii pandit Vestre reuerencie hostia cordis sui, sciens quod qui emendare potest et negligit absque dubio delicti participem se constituit &c. Proponit Wicleffus nota sen-*

sa sua de Possessionibus Cleri, Potestate Pontificis, et sacra Coena, petitque, si quid erret, e sacris Literis dedoceri. Indicata in Balei, Tannerique Catalogis Epistola ἀρχαίως.

XIII. fol. 84. *Epistola missa pape urbano*. Incipit: *Gaudeo plane detegere cuicumque fidem quam teneo et specialiter Romano pontifici. quia suppono quod si sit orthodoxa. ipse fidem illam humiliter confirmabit, et si sit erronea emendabit &c. Nihil vero in hac Provocatoria nisi de Paupertate Christi et Apostolorum cum voto, ut Pontifex ista verbo et exemplo populos doceat. Inter alia: vellem praesentiam romani pontificis humiliter visitare, Sed deus necessitavit me ad contrarium et contra me docuit plus deo quam hominibus obedire. Subscriptum: Seruus ihesu christi et ecclesie sue Johannes. Notatur inter *Wicleffiana* in memoratis Catalogis.*

XIV. fol. 85. ἀπειρομαθως sed juxta Elenchum praevium: *De Communionem Parvulorum M. Jac. de Misa*. Incipit: *Videtur michi quod illud evangelicum dictum, Accipite et comedite hoc est corpus meum, et illud, Bibite ex hoc omnes, Et alie scripture de communionem sacramentali Panis et vini extendunt se ad omnes fideles generaliter et indifferenter post baptismum nullum sexum nullam aetatem nullum statum excludendo, et per consequens paruuli statim post baptismum non debent excludi ab ista sacra communionem &c. Usus Infantes sacro pane reficiendi in*

Ec-

3277

SYNODICI

3278

Ecclesia graeca vel hodie vigen-
tem, in latina a Sec. XII. aboli-
tum reducere hac Dissertatione
nititur *Jacobus*, nec infelicio-
rior hic apud Populares suos conatus fuit,
quam ille, quo Communionem
sub utraque Specie stabilivit; inter
Petita enim Patribus *Basileensibus*
a. 1438. oblata Communio Par-
vulorum fuit, quam, ut ajunt in
Collect. Concil. Harduin. T. VIII. col. 1100. Regnum a multis annis
effectualiter exercuit. Dissertatio
porro praesens nec a solertissi-
mo *Herm. von der Hardt*, nec ab
aliis, qui de *Jacobello* agunt, quod
sciam, attingitur. Finit: *Non
enim cohibenda est etas que quid
agat non videt.*

XV. fol. 97. ex *Elencho*: De
eodem *M. Johannis Przibram.* Ini-
tium: *Ad honorem omnipotentis
dei sueque sponse ecclesie et maxi-
me ad profectum omnium parvulo-
rum et adultorum per sanctum ba-
ptisma in uitam diuinam regenera-
torum et in ipsa per sanctissimam
eucharistie communionem sub utra-
que specie sensibiliter pascendorum
et confortandorum &c.* Duas Par-
tes habet haec Tractatio eruditio-
ne Praecedenti nil concedens. Se-
cunda incipit: *Ostenso quod com-
munio parvulorum sit sententia ka-
tholica scripturis decretis et ratio-
nibus communita supersunt modo
plurimi aduersarii &c.* Ex his vero
duos refutandos sibi sumit, quo-
rum unum *Collegorem*, alterum
Suggestorem nuncupat. Finit: *suf-
ficit autem quod sumant corporali-
ter et resciantur spiritualiter.* Me-
minit ejus *Lupacius* in *Ephem.* ad

d. 24. *Decemb.* dum enim de Ar-
ticulo isthoc a *Przibramio Basileae*
propugnato ageret, subdit:
*Habetur et scriptum ejus, hunc
ipsum Articulum ex patrum auto-
ritatibus confirmans.* Viri vitam,
desertis tandem penitus *Hussi* par-
tibus, inter Canonicos Metropo-
litanae *Prag.* Ecclesiae adlecti et
a. 1448. e vivis sublatis texuit e
Cocblaeo et aliis doctissimus, mi-
hique, dum viveret, amicissimus
Adauß. Voigtius Schol. *Piar.* in
Actis lit. Bob. et Moraviae Vol. I. p. 377.

XVI. fol. 141. brevis Expositio
duarum Assertionum, quarum
Prior: *Viro evangelico licet ha-
bere victum et amictum modo ewan-
gelico.* Altera, quae *Jacobelli* di-
citur: *Bona ecclesie collata circum-
scripta id est remota circa eadem
omni superfluitate haberi possunt li-
cite et cum moderamine a modernis
clericis fideliter pro salute populi
laborantibus.*

XVII. fol. eod. p. 2. Respon-
sum Decani et Capituli *Pragensis*
datum bohemicis Consiliariis et
Nuntiis *Wenceslai* Regis peten-
tis, ut, quoniam ejus jussu pax et
bona Sacerdotibus restituta sint,
absitque ab urbe *Job. Jessenicz*
anathemate percussus, Divina rur-
sus in omnibus Templis officia ce-
lebrentur. Incipit: *Kdyz naitasni-
eise knieze a pan. Pan Waczlaw
&c.* Paratos se quidem salva con-
scientia obedire, verum nondum
bona esse restituta, Parochias oc-
cupari ab intrusis Sacerdotibus,
Clericos etiamnum a Consulibus
Pragensibus includi, spoliari, la-

C c c 2

queo

queo suspendi aut capite plecti, Parochum S. Galli esse in vinculis, *Johannem de Jessenicz* non vere exulare, esse praeterea plures simili Excommunicatione irretitos, ut *Czenkonem de Wartenberg*, timendum, ne tales adeant Ecclesias &c. Scripta haec putem post 18. Decembr. 1412. qua die *Job. Jessenicz* Doctor Jur. Can. Bononiensis Determinationem pro *Job. Husso* publice habuit, quae legitur inter hujus Opera *suprac.* P. I. p. 408. *Laurentius* tamen *Byzinius* (*Brzezina*) in *Diar. Belli Husst.* T. VI. *Reliq. Mss. Pet. Ludewigii* p. 138. Interdictum anno 1415. adfigit.

XVIII. fol. 143. p. 2. Anno Domini M^o CCCC^o XVIII^o circa festum sancti wenceslai facta aliquocies Magistrorum et aliorum seniorum fratrum et Sacerdotum plurimorum Conuocatione in praga ad tollendas dissensiones in certis punctis — placuit fratribus in unanimitate professione horum punctorum remanere et concorditer illa tenere &c. Sequuntur itaque Puncta facile XXIII. quorum primum de Communione Parvulorum, cujus modus ita exprimitur: *minima portio sanctissimi sacramenti est ei in os ponenda et concluso ore eius ad modicum post hoc una stilla sanguinis christi capta super digito de patena et delata super patenam est ori eius semel uel bis immittenda.* Quivis videt, rem difficultatibus non carere. Cetera Puncta ab Ecclesia Romana non abeunt. Conventionem hanc, ut videtur, *alex-*

φαιλον in nullo Auctorum, quos adivi, memorari video.

XIX. fol. 145. Confutatio VI. Errorum, quorum I. Verba Christi: *Hoc est Corpus meum, Hic est Sanguis meus*, non fuisse directa ad Panem et Calicem, quem tenebat. II. In quolibet cibo et potu posse dari Corpus et Sanguinem Christi. III. Non solos Sacerdotes habere potestatem conficiendae Eucharistiae. IV. Abjiciendos esse ritus Missae. V. Hostiae consecratae non deberi cultum Latria. VI. Sanctorum Parentum filios concipi sine peccato originali mortali. His additur brevis Observatio de *Suffocatis*. Auctorem, qui satis acriter in Adversarium ignotum horum Errorum invehitur, putem *Jacobum de Miza* aut *Job. Przibram*. Initium: *Ad occurrendum homini insano et adversario evangelii manifesto qui contactus religione angelorum, que nec vidit testatur, nec que loquitur cognoscit &c.*

XX. fol. 176. Propositiones V. *Simonis de Tyssnow* contra *Jacobum de Miza*, et hujus totidem in Materia de Communione Parvulorum. Prior incipit: *Magister Simon de Tyssnow sacre Theologie Baccalaureus notificat et protestatur, quod paratus est et vult deducere et docere ex scriptura autentica et ratione Contra Magistrum Jacobum de Miza communionem sacramentalem parvulorum esse erroneam quoad materiam et formam. &c.* Alter: *Ne dedecus culpe transeat absque decore iustitiae.*

tie. et presumptionis peccatum sub silencio incorreptum protestatur et notificat omnibus et singulis christi fidelibus *M. Jacobus de Misa, quod paratus est &c.* Et sic ulterius pilaminantia pilis. De Simone dictum ad *Cod. CLXXXI.* ubi Parti Husfiticae nondum renuntiaverat. Alium ab ipso *Traetatum de Necessitate Communionis sub Utraque Jacobello* oppositum fuisse disco e *Cl. Voigtii Act. liter. Vol. 2. p. 70.*

XXI. fol. 177. Sermo Magistri Jacobelli de Purgatorio pro diuersitate altercantium pro eodem, meliori salua doctrina pie et informatiue conscriptus. In illud: *Ipsè tamen saluus erit sic tamen quasi per ignem. I. Cor. 3.* Initium: *Fratres in christo ihesu diligendi, quia in his verbis velamen est positum, ideo primum a domino postulemus &c.* Tria disquirat: *Si est ignis purgatorii. Quid sit ille ignis aut quales solum et qualiter se habentes et de hoc seculo migrantes in purgatorium et transitorium vadunt ignem. Modum quo perfectius existentibus in purgatorio possit subueniri.* Atque haec satis e mente Romanae Ecclesiae. Interim, dum de igne tribulacionis anticristi tempore meminit, addit: *quo igne — purgatus est venerabilis predicator magister Johannes bus nostre vniuersitatis suppositum legitimum et preclarum, cuius memoria in benedictione est &c.* et ad *Sermonis calcem* inter PP. loca citat etiam *Librum de Ecclesia et Librum de ciuili Dominio Doctoris ewangelici, quo nomine Job.*

Wicleffum a Suis cohonestari nominamus.

XXII. fol. 184. M. J. H. id est M. Job. Hufs Disquisitio: Vtrum lex ihesu christi veri dei et veri hominis per se sufficiat ad regimen ecclesie militantis. Initium: *Cum sapientum requirat condicio &c.* Extat P. I. *Opp. supracit. p. 55.* ubi titulus praefert, voluisse ipsum in *Concilio Constant.* si sibi data fuisset audientia, intentionem suam publice declarare isthae Disquisitione, quae quidem, ut mihi videtur, nullum illi malum accersere potuisset. Vicio Compactoris in *Cod.* a fine *fol. 186.* redeundum est ad *fol. 169.*

XXIII. fol. 187. Posicio magistri Jacobelli de ymaginibus et de adoracione illarum. Initium: *Vtrum secundum legem ewangelicam plebes christi fideles necessitantur in templis suis aliquam habendo ymaginem colere adorare uel aliter quomodolibet uenerari.* Arguitur quod non, quia habere christi fidelibus ymagines et eas colere uel quomodolibet aliter uenerari est magnum periculum erga salutem animarum &c. Verissima omnia, si quis doceat telam, lapidem, lignum &c. colere. Permittit tamen ad excitandam memoriam et instructionem historicam *Imagines Jacobellus, cujus et haec et superior de Purgatorio Traetatio* nemini, quod sciam, memorata cum *Scriptorum Viri catalogum* augent, tum eruditionem theologicam testantur.

XXIV. fol. 194. p. 2. Sine Nomine Autoris: Libri hereticorum

rum sunt legendi et non comburendi dum in ipsis veritas continetur. Patet auctoritatibus sanctorum Jeronimi Ambrosii Augustini Bede Theodori liberati Cirili Gelasii pape Canonibus et ratione. Pertinet ad Job. Hussum et extat Edit. cit. P. I. p. 127. Libri Wicleffi jussu Sbinconis Hasemburgii Archiep. Prag. 1410. magno numero combusti huic Centoni ansum dedisse videntur.

XXV. fol. 199. Tractatus, ut e calce praeoccupo, de Communionem sacramentali diuissime Eucharistie sub utraque specie panis et vini populo ministranda Contra quendam Irregularum duplici denario Regularum ipsam impugnantem. Initium: Quamuis pridem Magnifici et Nobiles Christianissimi Regni Boemie et Marchionatus Moraviae Magnates Barones Nobiles et Proceres pro lege diuina deuotissime feruenter zelantes &c. Respondetur itaque ignoti sed tamen, ut Nostro placet, flagitiosi Artificis regulis absque ordine et in fine praeter superius posita additur: Scriptus Prage celeriter Anno MCCCCXVII. die secunda mensis Decembris.

XXVI. fol. 209. Epistola bohémice data a Taboritis ad reliquos Fratres Unitatis, qua datur ratio, cur Conuentus in montibus et campis fiant; primum quidem propter liberum auditum instructionis vere salutiferae, dein ob Communionem sub utraque Specie in memoriam passionis Christi, ut hac methodo sint unius Religionis, unius fidei, uniusque men-

tis. Diets porro quibusdam de Antichristo sedente jam in loco sancto rogantur omnes, ut conueniant in arvis et via publica prope Benešovium ituri deinceps Pragam ad Unitatem diuinam &c. Initium: *My obec nabzíe boře sebraná* &c. Data est e Monte, Dominica post S. Ludmillae, et habet post se *Articulos XVI.* eadem lingua scriptos Regi novo exhibendos: de Communionem sub Utraque, de *Job. Hufs.* et *Hier. Pragensi* non diffamandis tanquam Haereticis, de Jure lingua patria dicundo, de Bullis Pontificiis non suscipiendis, de Judiciis Viduarum et Pupillorum, atque de conservandis Regni Theauris. Item *Articulos* alios VIII. de seruando bono Ordine politico, de non tolerandis Lupanaribus, Meretricibus, Concubinibus, et de Modo in Haereticos inquirendi. Acta sunt haec a *Wenceslai* obitu 1419. multitudine, ut narrat *Laur. Brzezina* in *Diar.* apud *J. Pet. Ludewig* T. VI. *Reliqu. Mss.* p. 146. *die sancti Wenceslai ad montem Krzyzkonum prope Ladawy* (Langenfeld Prov. Chrudim.) confluente, et deinceps *Pragae* omnia permiscente. Confer *Lupacii Ephem.* ad d. 29. Sept. *Cochlaei* L. V. et *Cl. Pelzelii* vernaculam *Boh. Historiam, Pragae* 1774. 8.

XXVII. fol. 211. Trias Epistolarum scriptarum in negotio *M. Stanislai de Znoyma* et *M. Stephani Palecz* in itinere *Italico* jussu, ut videtur, Regis *Wenceslai* ad promovendam Ecclesiae unionem et fortassis accusandum *Hussum*

sum suscepto, exeunte anno 1408. Bononiae in custodiam datorum. Eruitur id ex Epistolis, quarum I. inscribitur: *Reuerendissimis in christo patribus et dominis dominis Sanctae Romanae ecclesiae Sacro Cardinalium collegio nostris dominis gratiosis*, data vero est: *Prage in congregacione Magistrorum Nationis Boemice*. Deest principium — *Cur princeps et dominus dominus Wenceslaus Romanorum et Boemie Rex cum toto Regno confusionem tam grandem patitur? cur totus cetus magistrorum Regni Boemie in prestantioribus membris leditur &c.* Itaque rogant, ut Cardinales nunc sanctae unionis zelatores prestantissimi, scilicet Pisis ad Schisma inter Angelum Corarium dictum Gregorium XII. et Petrum de Luna dictum Benedictum XIII. tollendum convenientes velint prefatos viros et Magistros venerabiles saluis rebus et honore generosis prosequi fauoribus, ut redeuntes in patriam — coram Serenissimo principe — *Wenceslao* — totoque Regni populo valeant grates reddere &c. Scriptionis tempus liquet ex Epistolis sequentibus. II. namque ad Eosdem data est *Prage in nostre congregacionis domo. quinto die decembris, nostre vniuersitatis sub Sigillo, subscriptusque Henningus baltenbagen Rector Vniuersitatis studij pragen. Cetusque Magistrorum unanimis*. Hinc prior a quibusdam tantum Academiae Membris exarata effectum non videtur sortita. Initium praesentis est: *Paratum animum in singulis obedire. Quia virorum venerabilium*

praesertim qui sacrarum literarum vigent sapientia — laudes non licet pertransire silentio &c. Instauratur eadem petitio. Cum igitur ad nostram audientiam proch dolor casus lamentabilis peruenerit, quod venerabiles uiri *Magister Stanislaus de Znoyma sacre theologie professor Collegiatus collegij karoli, et Magister Stephanus de palecz eiusdem sacre theologie baccalaureus formatus Collegiatus collegij Regis Wenceslai nostre vniuersitatis filij carissimi sint bonis priuati et captiuacione mancipati — supplicamus — ut a captiuitate liberi saluis rebus honore et statu pristino de uestrarum dominacionum benignitatibus gratuitis in posterum poterentur &c.* Nota hic interea Rectorem Academiae *Heningum Baltenbagen* ignotum *Balbino*, aliisque. An ejus Epistola pondus apud Cardinales *Pisanos* habuerit, nescio. Constat vero ex Epistola III. ipsum *Wenceslaum Theologorum suorum caussam suscepisse*. Scripta est illa: *Ex parte Cardinalium utriusque Collegij (Gregorio scil. et Benedicto addictorum) tunc pisis* (pro incipiendo 25. Martii 1409. Concilio) *existentium Baltasari Cardinali Bononiensi, hoc titulo et tenore: Reuerendissimo in christo patri et domino singularissimo domino B. (Baltasari Cossae Concilii Pisani maximo promotori, futuro Johanni XXIII.) Sancti Eustachij Cardinali Apostolice sedis legato ac Bononiae &c. Vicario generali. Serenissimi domini regis Boemie literis ac relatibus Honorabilis Magistri*

stri

7387

CODICES

3288

stri Johannis dicti Cardinalis de Reynstein familiaris et Nuncij sui fuimus super hijs de quibus vestram reuerenciam requirimus et precamur magna cum affectione requisiti ac rogati. Ideo ipsius domini Regis intuitu quem totaliter dispositum scimus ad sanctissime unionis ecclesie effectum. R. P. vestram tota mente precamur, ut honorabiles Magistros Stanislaum sacre pagine doctorem et Stephanum formatum in theologia ipsius domini regis Cappellanos et Nuncios quos ita in suis literis nominat placeat ob reuerenciam ejusdem domini regis et nostram contemplacionem facere totaliter liberari, ac eisdem Equos res et quecunque bona que eis extitissent quomodocunque arestata aut ablata integre restitui, et prefato Magistro Johanni dicto Cardinali qui pro unione ipsa libenter bache-nus laborauit et laborare non destinit vestram (literam?) salui conductus et passus in fauorabili forma concedere ac Boemos omnes Bononiam venientes prefati regis intuitu benigne tractare &c. Datum Pisis sub trium nostrorum priorum signetis die duodecima february 2. Indictione Anno domini M^o. CCCC nono. Misericordie domini (diuina?) Episcopi Presbiteri et diaconi sancte Romane ecclesie Cardinales. Trigam hanc Epistolarum nulli mihi observatam Anno domini 1409. die quartadecima Martij Prage se vidisse subscriptus testatur Jo. de Boratl. fortasse Job. Borotin, cujus Epistolae unius meminimus nos Cod. CCCXVIII. et alterius metricae ad Job. Roky-

czanam meminit Balbinus Bob. doct. P. II. p. 288. et Epistolam ad Job. Capistranum cum hujus Responso recitat Am. Hermann in Capistrano triumph. p. 367. Ceterum infortunium hoc Stephano Paletz false etiam oggerit Hussus in Resp. ad Ejus Scripta edit. Opp. 1715. P. I. p. 319.

XXVIII. fol. 273. Litera Regis Wenceslai Romanorum et Boemie directa Uniuersitati pragen. sub Reformatu Henyngi. En fatale illud rns 'Egidos Pomum, quod florentissimam Academiam Pragenam non parum afflixit. Decernit Rex, agente maxime, quod nec ipse Theobaldus c. 5. Bell. Hussit. p. 6. diffitetur, Job. Hussus, ut in negotiis Academicis Natio Bohemica deinceps tribus, Exteri vero simul sumti uno tantum suffragio gauderent. Quae consecuta sunt, Cochlaeus, Aen. Silvius, Theobaldus, Hagecius, alii referunt, Decretum tamen, quantum mihi constat, nemo recitat. Infit illud: Honorabiles deuoti dilecti. Quanquam omnium bonorum commodis intendere generaliter tenemur. non tamen eisdem in tantum debemus fauere solite, ut eorum (ii?) forsan qui pro locorum et temporum uel aliquarum aliarum rerum opportunitatibus constricti nobis quadam sorte iunguntur dispendiis subiaceant et iacture. — Cum itaque natio theotonica Jure incolatus Regni Boemie prorsus expers in singulis uniuersitatis Studij Pragen. agilibus, ut relacio veridica ad nos deduxit, tres voces sibi vendicauerit ad usum, Nacioque Bohemica eius-

eiusdem Regni iusta heres tantummodo unica gaudeat et fruatur, Nos vero iniquum et valde indecens arbitantes, ut de profectu incolarum qui (quibus?) recta competit successio, exteri et Aduene habundanter affluant et illi defectuum incommodis sentiant se oppressos, Mandamus vobis presencium virtute firmiter et districte omnino habere volentes quatenus mox visis presentibus contradictione ac renitentia quibuslibet penitus procul motis Nacionem Boemicam in singulis consilijs iudicijs examinibus electionibus et quibuscunque alijs actibus et dispositionibus vniuersitatis predictae ad instar ordinacionis qua gaudet natio Gallica in vniuersitate Studij parisiens. ac cetera in lombardia et Italia paciuntur nationes, ad tres voces admittere modis omnibus debeatis &c. Datum in Montibus Cuthnis (Kutenbergae) 1409. Mirus Autorum diffensus in statuendo Academico hujus anni Rectore, ut vel Quinque extrudas. Lenit, non tollit difficultatem Cochlaeus L. I. p. 13. docendo Magistratus semestres fuisse. Nemo interim Henyngum nostrum Baltenbagen nominat, qui tamen Codicis nostri τὸ σὺννοδικῶν auctoritate stationem suam tuetur.

XXIX. fol. 213. p. 2. Litera fundacionis vniuersitatis Studij Pragensis. Cum in his Literis, quas legere est in Ge. Weis Gloria Univ. Prag. p. 4. conditor Augustus promittat priuilegia libertates immunitates omnes, quibus tam in parisiensi quam in Bononiensi studio doctores et scolares au-
Denis Codd. Theol. V. I. P. III.

Fortitate regia uti et gaudere sunt soliti, Magistri Bobemi id eo detorserunt, ut ad modum Nationis Gallicae Parisiis tres sibi voces vindicarent. Itaque et Librarius noster subiecit: Copiata est hic (Litera Caroli IV.) Anno domini 1409. quando facta est dissensio inter nacionem Boemicam et alias tres (Saxonicam, Bavaricam, Polonicam) naciones pro vocibus et libertatibus.

XXX. fol. 214. p. 2. Litera Johannis Pape XXIII. missa vniuersitati pragen. Titulus et initium: Johannes episcopus seruus seruorum dei dilectis filijs Rectori et vniuersitati studij Pragen. Salutem et Apostolicam benedictionem. Diuine prouidencie disposicio et inscrutabilis scientiarum domini altitudo — ecclesiam sanctam suam crebra plerumque decedentium mutatione pastorum visitat. — Cum itaque nuper — post exequiarum expleta solempnia felicis recordationis Alexandri quinti predecessoris nostri XIII. die mensis Maij proxime decursi iuxta morem a venerabilibus fratribus nostris eiusdem ecclesie Cardinalibus, de quorum numero tunc eramus discrepante nemine XVII. ipse mensis — euocati (simus) deuocioni vestre id duximus ad vestrorum cordium leticiam presentibus intimandum. Multa praeterea de suo in vniuersitatem tanquam intimam filiam adfectu adjicit, suffragia apud Deum pro Decessore suo, seque ipso expetit, fidem denique in omnibus habere iubet Magistris Antonio de Montecatino et Jaco-
D d d bo

bo de vinionis de Luca legum doctoribus nunciis suis. *Datum Bononie Kl. Junij pontificatus nostri Anno primo*, id est, 1410. An, quae tunc *Pragae* agerentur, ignoraverit, an partium studia delinire voluerit Pontifex, ignoro. Aliter certe *Bulla* illius data *Romae VI. Jan. MCCCCXIII.* infonatur, cujus partem legas *Cochlaei L. I. p. 20.* An praefens alicubi edita sit, dicere non habeo.

XXXI. fol. 216. Epistola data: *Nobili et magnifico domino Iaczkoni de Crawar Gubernatori Morauie. Prage die VIII. Julij Anno domini 1415. Reſtoratus sub Sigillo.* Subscripti: *Briccius de buda Magister Arcium liberal. Reſtor plurimique magistri vniuerſitatis ſtudij Pragen.* Incipit: *Salutem cum felici prosperitate et si quid dulcius est salute. Nobilis magnifice domine. Peruenit procb dolor ad audienciam noſtram nuper fama lugubris — quomodo bone memorie Joannes olim vniuerſitatis noſtre ſtudij nuper per Olomucenſes non veluti ciues deliberate iudicantes verum immaniſſimos tyrannos noſtre in eo lingue patentes inimicos in Ciuitate eorum cum ſocio ſuo captus in ſpacioque vnius medie diei naturalis tortus iudicatus et ignis voragini traditus eſt combuſtus tanquam Hereticus notorius et manifeſtus in confeſſionem noſtre vniuerſitatis ymo verius ad imponendam maculam genti noſtre Boemice et Morauice ac tocius lingue ſlauonice indelebilem &c. Laus huius Joannis veri Zelatoris legis dei. Inuitatio ad lugendam ejus mortem,*

quam tamen *mortem felicem iuſtorum* adpellant. Rurſum de *Macula Gentis*; in quo tamen bonam fidem deſideres; vix enim *Olomucenſes* in hominem propter linguam *Slavonicam* animadvertiſſe putem. *Briccius de Buda*, ut *Henning. Baltenhagen*, ad ſubplendum *Reſtorum Catalogum* facit.

XXXII. fol. 219. *Vidimus Bullarum Sacri Concilij Baſilien. Continentium Ratificationem compactatorum et eorum que geſta ſunt, Inter Reuerendos patres et dominos ipſius Sacri Concilij Legatos Et generalem congregationem regni Bobemie et Marchionatus Morauie prout in eiſdem literis continetur quarum tenor de verbo ad verbum ſequitur in hunc modum.* De Legatione e Concilio *Pragam* miſſa habetur *Narratio* inſerta *Hiſtoriae Bob. Aeneae Silvii*, atque ex ea repraeſentata *T. XVII. Concil. Edit. Venet. col. 197.* et in utraque *Edit. Fasciculi Rer. expet. et fugiend. Compactata* autem ipſa recitat *Cochlaeus L. VII. p. 271.* ſed tantum ut *Pragae 1433.* concepta ſunt; noſter vero *Codex* exhibet ea, prout conſummata ſunt *yglaue Olomucen. dyoceſ. die quinta menſis Julij Anno domini M^o CCCC^o XXXVI^o* itaque in fine prolixiora. Haec porro *Compactata* praefenti *Bulla*, quam in *Actis Concilii T. cit.* non inuenio, rata habent *Baſileenſes* data: *Baſilee XVIII. Klas Februarij Anno a natiuitate domini M^o CCCC^o XXXVII.* teſtaturque ad calcem *Philibertus Ep. Conſtantienſis* Legationis caput adpenſo Sigillo ſuo

3293

S Y N O D I C I.

3294

fuo omnia cum Originalibus concordare: *Prage in Collegio Karoli maioris Ciuitatis Pragen. die vicesima septima mensis aprilis Anno domini Millesimo Quadringentesimo Tricesimo septimo. Initium Bullae: Sacrosancta generalis Sinodus &c. Quoniam venerabilem Pbilibertum Episcopum Constancien. Prouincie Rothomagen. &c.*

XXXIII. fol. 224. absque titulo: Mandatum Synodi Basil. datum Pbiliberto supradicto et Sociis agendi cum Bobemis. Incipit: *Sacrosancta generalis Synodus &c. cum vos ad Inclitum Regnum Bobemie &c. datum Basilee II. (III?) ydus Marcij Anno a Natiuitate Domini M^o. CCCC^o. XXXVI. et infertum Cocblaei L. VIII. p. 294.*

XXXIV. fol. 225. In nomine Iesu Domini nostri Anno a natiuitate eiusdem M^o. CCCC^o. XXXII^o. die XVIII. Maij conclusa sunt inter nuncios et Ambasiatores sacri Basilien. Concilij et oratores Dominorum de Regno Bobemie et Marchionatus Moraue Articuli et forma saluiconductus qui secuntur in Opido Egren. Vide de hoc Congressu Narrationem supra N. XXXI. citatam; Articuli tamen ibi non referuntur, qui sunt numero XI. et incipiunt: *Dabitur Ambasiatoribus et nuncijs de Regno Bobemie et Marchionatu Moraue ad generale Concilium Basilien. mittendis quam primum applicuerint et pecierint audienciam plena et libera coram tota congregatione &c. Nec salui Conductus Formula est eadem, quae exhibetur*

T. XVII. Concil. p. 242. Nostra enim infit: *Sacrosancta generalis Synodus &c. Recognoscimus tenere presentium vniuersis, quod magnificis Baronibus Nobilibus Strenuis et Spectabilibus Dominis &c. Subscripti sunt Oratores Concilij, prout in saepe memorata Narratione nominantur; item Fridericus Marchio Brandenburgen. et Johannes Comes Palatinus Rbeni, qui fidem suam interposuere, et ex Bobemis tantum Job. de Kraynicz, Benessus de Makrowicz, Job. Welwar de Praga, Math. de Chlumpzan et Procop. director exercitus Thaborien. sacerdos.*

XXXV. fol. 237. Exemplar Literarum Nicolai V. Pont. Rom. ad Georgium Podiebradam Gubernatorem Bobemiae anno MCCCCLII. decimo Kal. Maij datarum primum lingua bohémica: *Tiezka a nesfitedlna nowina wzniklag^t &c.* dein latina: *Nicolaus Episcopus seruus seruorum dei Dilecto filio Nobili viro Georgio de Podiebrad Salutem et Apostolicam benedictionem. Grauis et intoleranda nouitas visa est nobis quam superioribus diebus nonnulli Barones et incole ducatus Austrie attentarunt. Narrat motus ab Ulricis Comite Ciliae et Eizingero excitatos, dum Fridericus Imp. cum Pupillo suo Ladislao Romam ad Coronam et Sponsam abiisset. Idcirco se illi communicare Literas fulminatorias ad ipsos missas, ni resipiscant, hortarique, ne ipsis favorem aut auxilium praestet. Nos enim intelligentes sinceram mentem Imperatoris prefati erga*

D d d 2

di-

3295

C O D I C E S

3296

dictum Regem Ladislaum patru-
lem suum quem veluti filium dili-
git et ut Regium sanguinem suum
decurt educari curavit suoque bono
intentus est non dubitamus quod
tunc Regi Ladislao fauemus, quan-
do Imperatori assistimus &c. Valu-
erunt hae Literae; dum enim
Fridericus redux a Contumacibus
Neostadii premeretur, XVI. Ar-
matorum Millibus praefecto fuit Ge-
orgius, ut tradunt eorum tempo-
rum Scriptores Aen. Silvius, Ha-
gecius, Cochlaeus, alii. Multae
feruntur magni Pontificis nostri
Literae typis editae, quibus an
praesens haec accensenda sit, com-
pertum non habeo.

XXXVI. fol. 240. Literae in-
vocatoriae ad Bobemos datae: Ba-
silee die XV. Mensis Octobris An-
no domini MCCCC^o XXXI^o In-
dictione IX. pontificatus Sanctissimi
in christo patris et domini nostri do-
mini Eugenij diuina prouidencia
pape Quarti Anno primo. Revo-
cant ad has PP. Congregati tam
in Epistola quam in Copia Salvi
Conduſus datis anno 1432. et T.
XVII. Concil. edit. Venet. col.
612. infertis. Incipiunt vero: Sa-
croſancta Basilien. Sinodus in spiri-
tu ſancto legitime congregata &c.
Compulſit nos gratia christi egredi
de terra nostra et cognatione nostra
et venire ad locum quem ostendit
nobis Dominus pro pace Ecclesie
et salute populi christiani et extant
eod. T. col. 443.

XXXVII. fol. 244. Job. Ger-
son, ut e calce transfero, Tracta-
tulus aduersus heresin nouam de
materia communionis laicorum sub

utraque specie raptim editus Con-
ſtancie Anno domini M^o. CCCC^o.
XVII^o. die XX. mensis Augusti.
Initium: Oblaturus iuxta seniorum
&c. ut Codd. plures in Indice.

XXXVIII. fol. 252. Veneran-
do Magistro Johanni de Rokyzana
sibi in veritate christi et obedientia
Sanctae Matris Ecclesie Romane
plurimum dilecto. Frater Johannes
de Capistrano Ordinis minorum. Ita
in calce. Binas Rokyzanae ad
Capistranum Epistolas exhibet Am.
Hermann in Capistrano Triumph.
p. 344. Unam Capistrani respon-
soriā p. 346. quam et nos Cod.
CLXXXII. indicavimus. Ulterius
porro inter illos de Conventu et
Colloquio actum est, ut Epistolae
binae sequentes docent, quae ne-
que apud Hermannum, Raynal-
dum, Bzovium, neque in Anna-
lib. Minor. Waddingi comparent;
earum tamen notitiam et hic T.
XII. p. 94. habuisse videtur, et
Cochlaeus L. X. Hist. Hussit. pro-
didit p. 373. varia ex ea Capistra-
ni, quam prae manibus habemus,
loca adferendo. Incipit vero illa:
Affectum salutis tue et proximo-
rum. Mirari satis nequeo mi Ro-
kaczane tarditatem tuam qua vsus
es in respondendo literis meis. quan-
doquidem ita me interpellas tuis
pro sacri calicis defensione, ut te
principem appellare in huiusmodi
defensione non veritus fueris. Re-
scripsi quidem tibi in festo Matthei
ita late et diffuse ut nichil abs te
dictum sit quod sine responsione pre-
terisse putetur, tue vero quas
XXVII. diebus magno cum desi-
derio expectavi. XVII. huius ad
me

3297

S Y N O D I C I.

3298

me delate sunt et quidem perbreues et adeo perbreues ut fere nichil respondisse videaris. Interea se salutis animarum studio intrasse Bobemiam, et Crumloviae Literas Rokyczanae et duorum Baronum Job. de Pernstajn et Wenc. de Bozkowicz, qui veluti Colloquii arbitri essent, accepisse. Suum esse, locum et arbitrum deligere, ut Nuncii, Commissarii Apostolici et Inquisitoris. Itaque multa loca, et ut viciniora, Cracoviam et Vienneam enumerat; iudicem vero vult Pontificem Nicolaum. Crumloviam denique detrectat, ut minus tutam, cum viderit literas Georgii Podiebradi Gubernatoris ad Dominum de Rofis, quibus is prohibetur Capistranum ullo pacto recipere. Denique finit: Siquidem mecum disputare omnino ardes, quod et ego summopere opto, volo locum congruum securum famosum et tante rei dignum ut veritatis splendor omnibus pateat. Ex krumlow in bobemia. XIX. Octobris. Anno d. &c. LI. Sequitur

XXXIX. fol. 254. Ex calce: Religioso fratri Jobanni Capistrano in veritate sacri calicis dilecto. Magister Johannes de Rokyczana. Initium: Salutem in omnium salvatore. Utinam sciperes et intelligeres ac nouissima preuideres &c. Literas has conviciis plenas et amarulentas adpellat Waddingus T. XII. Annal. Minor. p. 94. non tamen edit. Acres certe sunt et ad singula Capistrani objecta retun-

denda comparatae, atque hinc prolixae. Unde et concludit Autor: *Hec prolongate scribendo digero ut tue satisfaciam opinioni, ne de post dicas de Rokyczana ut pridem egisti quando breuem epistolam do, facit literas perbreues. Et si in prolongando desiperem, tu Johannes Capistrane et mi Monache me coegisti. Datum prage feria VI. proxima post Martini que est dies sanctorum quinque fratrum. Anno D. M. CCCCLI. Rei exitum narrant Autores supra memorati.*

XL. fol. 266. p. 2. Fasciculus Actorum ad Concilium Basileense et Caussam Bobemorum pertinentium, hoc ordine: Sensus super quatuor articulos datus ad optata legatorum. Prage, ut puto, quo Legati a Concilio an. 1433. missi sunt. Initium: *Communione diuissime eukaristie sub specie utraque &c. II. Litera Credentialis ad Regnum Bobemiae, data Legatis Idibus Aprilis h. a. et recitata a Cochlaeo L. VII. p. 255. hoc initio: Sacrosancta generalis Synodus &c. Quanto caritatis ardore &c. III. Moduli rhythmi, quibus Communitas totius Scole beate virginis ante letam Curiam, id est, Ecclesiam Teynensem Legatos Pragam adventantes salutavit. Inscribuntur: Venerabilissimis nec non honorandissimis patribus presulibus ceterisque doctoribus Sacri Basiliensis Concilij dominis nostris gratiosissimis. Primum: Ad Presules:*

*Vos Patres venerabiles
statu maiore laudabiles*

*Pastores gregis domini
tantum persona gemini &c.*

D d d 3

Pbi-

3299

I C O D I C E S

3300

Philibertus nempe *Constantiensis*. et *Petrus Augustanus* Episcopi. Dein:
Ad doctores:

Sene ale Seraphice
doctores dicti iusticie

Et re ipsa totidem erant numero
inter Legatos Doctoratus gradu
infignes, quorum nomina habes

Vos reliqui legati
a Sinodo destinati

IV. Sine Titulo, Sermo, quo
Legatorum aliquis exponit, quid
Legatio privatim de IV. *Bobemo-
rum* Articulis sentiat. Incipit: *Se-
cundum ea que in Basilea sunt*
*actuata tam in disputacionibus pub-
licis quam in tractatibus aliisque*
collocucionibus non existimabamus
a nobis expeti debere quid de ve-
stris quatuor articulis sentiamus &c.
Exponunt tamen iterum mentem
suam, commendant unitatem et
concludunt: *Hec offerimus quam*
clarius possumus circa vestros arti-
culos dicendo quid nos ex nobis ip-
sis sentiamus. Si autem aliqua oc-
currunt dubia vel super quibus ve-
litis a nobis plenius informari para-
ti sumus deo propicio declarare et
vos plenius informare. V. *Ex par-*
te Ambasiatorum concilij. Adlo-
cutio, quae incipit: *Cum Amba-*
siatores vestri erant Basilee per me-
dium Illustris principis domini du-
cis Wilhelmi sacri Concilij prote-
ctoris deuentum est ad tractatus &c.
Tractatus hi edisseruntur in saepe
citata Narratione T. XVII. *Con-*
cil. col. 203. Adlocutionis vero
nostrae particulam aliquam reci-

Quibus velata facies
pedumque dei species &c.

in *supracit.* Narratione T. XVII.
Concil. col. 204. Demum ad Ce-
teros:

Viantis ecclesie
congregate Basilee &c.

tat *Cochlaeus* L. VII. p. 258. e
quo illud etiam innotescit, Auto-
rem ejus esse *Job. Palomarium* seu
Polemarius Archidiacon. *Barcinon.*
et Palatii Apost. Auditorem. VI.
Sine Titulo, *Bobemorum* Repli-
ca, cujus initium: *Pro iustificatio-*
ne responsionis nostre ac pro elisio-
ne replice vestri eximij domini Au-
ditoris (en Palomarium) nuper ob-
late salua semper honestate ac pace
duplicando respondemus &c. Etiam
hujus Replica contenta recenset
Cochlaeus L. cit. p. 259. qui *Ro-*
kyczanam in ea Concilium *Con-*
stant. aperte impugnantem auto-
rem facit. VII. *Sermo ex parte*
Ambasiatorum concilij per Domi-
num Auditorem. Nempe *Job. Pa-*
lomar. Incipit: *Benedicta sit san-*
cta trinitas &c. cujus thematis ra-
tionem dat, quod *dies benedictissi-*
me trinitatis huic conuencioni con-
dicta sit. Ceterum *Bona Pacis* ex-
ponit. VIII. Sine Titulo, Sermo
ejusdem argumenti, cujus initium:
Saluator noster dominus ihesus chris-
tus et magister verax &c. Memi-
nit in hoc Sermonem Orator *avovu-*
mos alterius: *Hinc non immerito*
al-

alter Reuerendus in christo pater dominus Episcopus, qui bodie prolocutus est, de mutua dilectione ex epistola beati iohannis — vt diligamus alterutrum thema suscepit. IX. Responsum Baronum Militum Clientum Ciuitatum Regni Bobemie et Marchionatus Morauie. Initium: Cum duo commendata per paternitates reuerentiasque vestras et multum magnipensa sunt a nobis et exoptata unitatis scilicet bonum et pacis &c. Senfa Responfi huius iterum exhibet Cochlaeus L. VII. p. 259. qui subdit: Post hanc responsionem principalem, quæ per organum M. Joan. Rokyzanae facta erat, adiuncta fuit per organum Procopij Rasi breuis de bellorum exercitijs appendix. Et en illam in nostro Cod. hoc initio: Quo ad materiam de bellis nouit, qui nil ignorat, altissimus, quod pars vestra cruenta crucis contra nos erectione &c. X. Adlocutio, quæ incipit: Omnium communis est vox, hoc omnes vestri nostrique sermones pariter confitentur &c. Recitat hoc principium et plura inde excerpta Cochlaeus L. cit. p. 260. oratoremque prodit Job. Palomarium. Ob errorem Scribae in Cod. a fol. 286. redeundum est ad fol. 263. ubi tota Adlocutio pertexitur. XI. Arenga Magistri Laurentii ex parte vniuersitatis pragen. in visitando Ambasiatores Basilien. Concilij qui venerunt pragam feria VI. in die Stanislai. Anno 1333. quos visitauit Vniuersitas feria 4. post eorum aduentum cum quibusdam munusculis. Initium: Libet profecto et expedi-

re dinoscitur coram altitudine atque amplitudine scientiarum et dignitatum aut penitus conticescere aut moderare se et humiliare sermones &c. M. Laurentius Parochus ad S. Henricum memoratur a Balbino P. I. Bob. doct. p. 87. Nescio, num noster. XII. Propositio facta feria V. post sollempnitatem penthecost. coram Clero Pragen. que fuit 4. Julij Anno 1433. quando Oratores sacri Concilij ipsum Clerum visitarunt. Incipit: Quoniam non potest obliuisci mater filiorum vteri sui Venerandi patres et fratres &c. Ad calcem dicitur facta per Magistrum Egidium Carlerij decanum Cameracen. qui fuit inter 10. Legatos. XIII. Sermo absque Autoris nomine, cujus initium: Si postquam oculos meos attollens et in omnem partem introrsum et extrorsum supra infra dextrorsum sinistrorsum dirigens considerans considero &c. Si Cochlaeo fides, ad Job. Rokyczanam pertinet prolixa satis Pacis commendatio, cujus particulam a verbis: Reuerendi patres induens personam communem alloquor paternitates vestras in persona Bobemie corone &c. citat praedictus Autor L. VII. p. 257. qui de toto hactenus recensito Fasciculo ita p. 262. testatur: Quæ utique lectu digna essent, si ex integro commode recitari aut haberi possent. Cæterum uetusti codices, qui apud me sunt, fragmenta tantum habent illarum Orationum, non totas Orationes: licet anxie quæstas undique. En, quæ anxie quæsiuit Vir studiosus, obvia in praesenti Codice,

3303

C O D I C E S

3304

dice, non eapropter solum, sed ob tot alia ad Historiam Synodorum *Constant.* et *Basil.* Ecclesiaeque *Bobemicae* facientia *Auxodora* quovis in pretio habendo.

DCCCCLXIX.

57^a Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 353. 4. currente difficilique calamo non una manu conscriptus hanc Notam praefert: *Iste liber datus est ad librariam Collegij Ducalis (Academiae Vien.) ex parte venerabilis viri Magistri Theodrici de hamelburg doctoris sacre theologie. Cui deus retribuatur in vita eterna. Theodoricus hic Rudolphi de Hamelburg canonicus D. Stephani pluries gesto Philosophiae, Theologiaeque Decanatu Academiae Rector praefuit an. 1413. et 17. annumque 1422. vivendo praetergressus est, ut e *Joh. Jos. Locheri Speculo Acad.* liquet. Codex porro illius *Sermones* Variorum in *Constant.* Concilio habitos complectitur, quemadmodum *Krafftianus* ille, quem *Schelhornius Amoenit. lit.* T. III. p. 39. et *Blavifontanus*, quem T. XI. p. 213. Eruditus indicavit. Prior *Sermonum* est XLI. alter XXVIII. Medium tenet *Notus Sermonibus* XXXI. definitus, quos Ordine proferemus. I. *Sermo Petri de Lamburga Licent. in Jurib.* Initium: *In nomine &c. Reuerendissimi patres et domini ac sacrosancte fidei dignissimi Professores. Si presentis festiuitatis inefabile misterium, Sique inscrutabilis diuine in nobis miseracionis at-**

tenta mente perpendimus sacramentum, cum quanto cordis iubilo exultare debemus et gaudere, cum ille adueniente temporis plenitudine nedum temporaliter nasci verum etiam formam serui pro nobis non est dedignatus induere &c. Itaque in Natali Domini. Sermo gravis funestum Ecclesiae statum, Pastorumque vitia sinceris coloribus depingit. Nullibi memoratum, minus editum inuenio. *Petrus* noster in Concilii Sessionibus varia ex ambone praelegisse narratur in *Actis Hardtianis* et T. XVI. Collect. *Concill. Labb.* ubi pro horrenda Nominum propriorum devastatione, quae in iis *Tomis* regnat, jam de *Lamburga, Lombur-ga, Lymeburga* audit, cumque vice quadam addatur, seu de *Po-lonia*, vix mihi tempero, quin illum *Leopoli* seu *Lembergae* adscribam.

II. fol. 5. p. 2. *Sermo factus coram papa dominica prima in XL-ma. Per magistrum Johannem de monte. 1415.* Initium: *Ecce nunc dies salutis &c. 2. Cor. 6. et in epistola presentis diei. Primo bec verba applicabo ad beatissimam virginem pro gratie impetratione &c.* Magna Sermonis pars infumitur in exponendo, quid sacro *Quadragesimae* tempore agere conueniat. Inde ad *Concordiae* bona et tandem ad *Schisma* praesens delabatur Orator, ubi inter alia: *Quamdiu modo iam de scismate disputauimus, quot codices replicuimus, calamo nulla requies dabatur, reuoluebantur libri, mittebantur nuncij, argumenta multiplicabantur,*